



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

VI. Differentia 6. In omni rescripto Papæ subintelligitur clausula, si preces  
veritate mitantur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

remotiora loca venire coacti præter familiaræ neglectam administrationem expensis parum necessariis gravarentur. Hoc in nulla Imperiali lege reperitur

cautum juxta propositam à Ioan. Bapt. à S. Blasio Differentiam, v. Barbof. in c. de Rescript. in 6.

## VI.

## DIFFERENTIA 6.

In omni rescripto Papa subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur, c. 2. de Rescript. Iure civili autem exprimenda est, l. Vniverla rescripta, C. de divers. rescript. Ioan. Bapt. à S. Blasio n. 2. Decian. l. 2. c. 21. n. 25.

TAmetsi vulgò jactetur longas regum, ac principum manus esse, quia ministrorum & syndicorum numero abundantant quidlibet deferentium, sæpenumero tamen circumventi, ac deludi fraudibus compertum est, dum ingenitâ sibi simplicitate, candore que animi, aliorum ingenia æstimant, victi que importunitate postulantium, quæ minimè vellent, annuunt, c. fin. de rescr. in 6. c. 1. de relig. dam. Quamobrem cautela reperta est, & utrique Juri quamvis diversimodè inserta, Principum rescripta sic demum valitura, si preces veritate nitantur. Hinc editum illud legis citatæ, univèrsa rescripta sive in personam precantium, sive ad quemlibet Judicem manaverint, quæ vel annotatio, vel quævis pragmatica sanctio nominetur, sub ea conditione proferri præcipimus, si preces veritate nitantur. Nec aliquem fructum precator oraculi percipiat impetrati, licet in judicio assereret veritatem, nisi quæstio fidei precum imperiali beneficio monstretur inserta. Additur pœna transgressoribus, ut quæstor, & ministri scriniorum, qui sine

præfata adjectione qualescunque rescriptum dictaverint, & Judices, qui susceperint, reprehensionem subeant; qui vero illieitè dictata scribere ausi fuerint, cujuscunque scrinii memoriales, seu pragmaticarii, vel adjutores primitivè remissione cinguli feriantur. His consonant Præterea in Onomastico, Rescriptorum omnium, civilium & pontificiorum præma, communis que lex est, si preces veritate nitantur. Quæ conditio, etsi non adiciatur, subaudiri tamen jubet Pontifex in c. 2. de rescr. Sed & adjiciendam eam, alioqui rescriptum rejiciendum. Quæ Imperator constituit, l. fin. C. de divers. rescr. Quid enim indignius, & nocentius, quam cupidorum & fallacium hominum postulationibus annuendo innocentium jura lædere, pacem turbare, negotia confundere, rotumque Reip. statum perturbare? Furcam, non gratiam fraudes merentur, & falsis hominibus vera supplicia debentur, v. Andr. Gaill. l. 1. observ. 14. Barbof. Tract. de claus. n. 166. Comit. l. 1. q. 104. Vallens. l. 1. tit. 3. §. 2.

VII. Dis.